G In corpore,ſic paſſio infinita nõ eſt formę in corpore.ſ.cõpoſito ex materia,& forma,omnis enim formæ eſt potentia finita,ſiue ſit actiua,ſiue ſit paſſiua, cum ſit diuiſibilis per diuiſibilitatẽ corporis, & omne corpus ſit finitũ, & ſi poſſet eſſe, quod potentia in corpore compoſito ex materia, & forma,ſuſciperet motionem in infinitum,tunc infinitum eſſet maius infinitum, idem enim corpus ſenſibile,quanto maius fuerit tãto tẽpus in quo ſuſcipit motionẽ à ſuo motore erit maius. ſi ergo aliquid corpus poſuerimus huiuſmodi.ſ.ꝙ ſuſcipiat motionẽ infinitam,tunc ꝙ maius eſt debet ſuſcipere motiorẽ longiori tẽpore, & ſic infinitũ ſuperabit infinitum,quod eſt impoſſibile.Ex quibus auctoritatibus clariſſime colligitur,quod infinitas potentię in uigore inſequitur naturam corporis cõpoſiti ex materia,& forma inquantum infinitum eſt,nã tales potentiæ,ſiue actiuæ,ſiue paſſiuæ fuerint,ſunt extenſæ ad extenſionẽ materiæ,& ſubiecti.ut declarauit Auer.in lib.de Subſtantia orbis, quia nõ cohærent materiæ huiuſmodi formæ,niſi mediantibus dimenſionibus interminatis,ſunt enim recipientes totum, & partem ſecundũ ſubiecti diuiſionẽ,& ideo in maiori quanto eſt maior uirtus, & in minori minor cæteris paribus. Et ideo ſi ſubiectum augeretur in infinitum, uigor formæ extenſæ augeretur infinitũ,& quia non datur corpus infinitũ in actu,ideo bene dixit Cõmẽ.ꝙ omne corpus,ſiue ſit cœleſte,ſiue ſit generabile , & corruptibile eſt finitæ motionis

H in uelocitate,quia quęlibet forma,ſiue ſit in materia,ſiue ſit abſtracta à materia,eſt finiti uigoris,nam finitas uigoris inſequitur naturã formæ inquantũ forma eſt,ſed infinitas uigoris inſequitur corpus infinitum inquantũ infinitũ modo declarato.Vnde Auer.in.2.Cœli,& mundi.cõ.38.inquit.& ſi potentiæ eorum eſſent infinitæ in uigore mouendi , non erit proportio inter motorẽ,& rem motam,& ſi hoc eſſet, non eſſet differẽtia inter eos,neq; eſſet illic multitudo omnino,uer.gra.quia motor orbis Saturni,& motor orbis totius moueret tempore infinito.igitur non differunt in hoc. Et ſi quẽadmodum non differunt in hoc , non differunt in potentia motionis, differẽtia nulla eſſet inter motores,nedum ut quodlibet eorũ habeat potentiã mouendi in infinitum,& ſi ita eſſet,inueniret motus in inſtanti, & omne hoc eſt impoſſibile.Et ideo opinandũ eſt potentiæ mouẽtium ſeparatorũ à materia ſunt finitæ uno modo,& infinitę alio modo,& hoc apparet ex hoc,quod dicit poſt Ariſ.quoniã ſi cæteri orbes habuiſſent ex multitudine ſtellarum , quod habet orbis ſtellatus, tunc motor eorũ non poſſet mouere eos in uelocitate,quã modo habent,& ſimiliter eſſet ſi orbis eſſet maior quã ſit. Et ibidẽ parũ infra dicit.de iſta fini-

Finitas uigoris ſequitur formã, iquãtũ forma,& infinitas uigoris,ſequitur corpus inquantũ in finitum.

I tate uigoris, quod eſt cõis formis,quæ in materia , & formis quæ nõ ſunt in materia.Et in cõ.39.eiuſdem.2.de Cœlo,inquit ſoluendo obiectionẽ ibi motã,quia Ariſ.in litera inductiue probat,ꝙ quilibet motus habet tempus terminatum,quia aliquis contradicere poſſet illi inductioni,dicendo ꝙ hoc non habet ueritatẽ niſi in potentiis finitis materialibus,non autem de potentia motoris cœli,quę eſt finita,& immaterialis. Soluendo dicit.qm̃ nos nõ intendimus per infinitum, niſi infinitatem motionis.i. ꝙ motio eorum non ceſſat,infinitas autẽ intenſionis,ut illic non ſit proportio inter potentiã motoris, & moti, impoſſibile eſt in formis inquantũ ſunt formæ.Ecce igitur ꝙ omnis forma quatenus forma eſt ratio finitudinis uigoris , & perfectionis.

Obiectio. Sed tunc eſt obiectio , quia oppoſita habent fieri circa idẽ, cum igitur finitũ , & infinitum in uigore ſint oppoſita,ſicut infinitum in uigore eſt à forma,ſic & infinitũ, cuius oppoſitum ſcribit Auer.uolens ꝙ infinitum eſt à corpore inquantum eſt infinitũ,ſed finitũ cõpetit formæ inquãtum forma.

Solutio. Niſi eſſet ꝙ propoſitio famoſa locum habet de oppoſitis poſitiuis,& talia habent fieri circa *idem* tanquã circa ſubiectum,ſed non oportet ꝙ ſint ab eodẽ tanquã à cauſa efficiẽte,quia contrariorum ſunt contrariæ cauſæ.nunc autem finitum,& infinitum in uigore opponuntur,ſicut plenum, & uacuum, & ſicut nõ ſequitur. plenum eſt,ergo uacuum eſt, niſi ſolum quo ad imaginationem. ſic etiam non ſequitur. finitum in uigore eſt. ergo infinitũ in uigore eſt.dico ꝙ nõ ſequitur niſi quo ad imaginationem,nam ſi imaginaremur K corpus infinitum, poſſumus imaginari uirtutem illius infinitam , ut deduxi de mente Auer.unde dicimus in ſimili ꝙ agere,& mouere ſunt formæ,moueri autem, & pati ſunt à materia.ut ſcribit Ariſt.in.2.de Generatione,& corrup.tex.cõ.53.ſic finitas eſt à forma,infinitas autem eſt à materia ſecundum Ph̃m in.3.Phyſi.tex.cõ.60.&.65. Et per hoc patet ſolũ ad obiectiones Ioan.de Bacchone, qui in.1.ſniarum. diſtin.45.q.1.arti.1.inquit illud non uidetur uerum mihi,ꝙ Cõmẽ.uoluit defendere,& non potuit.Nitebatur enim defendere , ꝙ ſi ſit uirtus infinita in magnitudine moueret in non tempore,& ſi nõ,non enim.nam cõ.79.inquit.dicet aliquis Ariſt.ut quid cõſequens eſt,ſi potentia in corpore habet actionem infinitã ipſam agere in non tempore:& non eſt ſequens, ſi actio infinita ſit potentiæ non in corpore , ꝙ agat in non tempore.in fine cõ. reſpondet.ſi potentia infinita ponitur in corpore,tunc ſaluatur ꝙ ſit infinita.ideo ſequitur,ꝙ mouet in non tempore.*Si* autem ponatur non in corpore non erit finita,nec infinita.finitum enim,& infinitũ ſolũ de corporibus dici poſſunt,& ideo ſequitur,&c. *Sed* 12.Meta.cõ.41.mouet eandem qõnẽ, & aliter ſoluit dicẽs. ꝙ corpus cœleſte mouetur à duplici motore.ſ.ab anima exiſtente in eo,& illa eſt finita,& à motore qui non eſt uirtus exiſtens in eo,& ille eſt infinitæ motionis. ſecundũ igitur ꝙ mouetur à potentia finita,mouetur in tempore. *Sed* inquit ipſe ꝙ neutra iſtarũ duarũ rñſionum ualet.Non prima,quia non habetur difficultas de infinitate quæ ſequitur

Opio Ioan. de Bacchone 1.ſen.diſtin. 45.q.1.art. 1.

L quãtitatẽ mobilis de qua uerificatur illud quod finitum, & infinitum ſolũ cõpetunt corporibus , ſed de infinitate perfectionis , & uirtutis. Nec ſecunda, quia cum potentia illa extra magnitudinẽ exiſtens æque ponatur infinita in uigore exiſtens ſeparata, ſicut in corpore exiſtens non plus poterit ſibi reſiſtere cœlũ cum anima ſua cõiuncta quæ eſt finita,quã ſine ipſa poſſet. ergo poterit tunc mouere ipſum ſicut ſi nõ coniungeretur in inſtanti.Dicimus nos,quicquid ſit de prima ſolutione Auer.quia ut ſupra dixi,ipſemet auctor animaduertit illam non eſſe ſolutionẽ,ſed euaſionem quandã,tamen ſecunda ſolutio quã dat in.12.Meta.cõ.41. & quã ſequitur etiã in locis.ut in.2.Cœli com.38.&.39.&.71.& in.3.ca.de Subſtantia orbis,diffuſe eſt uera.Vnde negandũ eſt aſſumptũ Ioãnis dum dicit,ꝙ æque bene illa uirtus ſeparata à magnitudine eſt infiniti uigoris , ſicut ſi eſſet in corpore,ratio diuerſitatis eſt quã ſupra allegaui , quia ſi daretur aliqua uirtus materialis corporea quę duraret ęterno tẽpore,uel in actione , uel in paſſione, illa eſſet infinitæ potentiæ , & uigoris in agendo,& patiendo,nã eſſe uirtus habẽs contrariũ,& ita ſua uirtus eſſet infinita in uigore, cũ

Defenſio. Euaſio.

M oporteret ea tẽpore reſiſtere cauſæ corrũpẽti,& ideo oporteret ipſum corpus in quo exiſtit eſſe infinitum.unde infinitas uigoris ſi eſſet in forma, oporteret eã deriuari in ipſa à corpore infinito inquantũ infinitũ,ſed ſi ponatur forma ſeparata à corpore,quia uidelicet non ſit cõſtituta in eſſe per ſubiectũ,tunc illa ex hoc,quod æterno tẽpore agit,non ſequitur ipſam eſſe infiniti uigoris,quia illa non ſequitur diſpoſitionẽ ſui ſubiecti,ſed potius econtra.nã ut dicit Auer. in.1.Phyſi.auſcul.in cõ.63. quia corpus cœleſte caret potẽtia ad aliquã diſpõnẽ,niſi potentia ad ubi,ideo caret potentiis,& quia caret hoc ſubiecto.ſ.materia,ideo caret forma, quæ ſuſtẽtatur per hoc ſubiectum , & fuit neceſſe,ut forma eius eſſet libereta ab hoc ſubiecto,& ut non haberet cõſtitutionem per corpus cœleſte, ſed corpus cœleſte cõſtituitur per illã,ut ſcies alibi.ſ.in lib.de Subſtantia orbis,in quo fuit oſtenſum,ꝙ intelligentia eſt,quæ cõſtituit cœlũ in ſuis diſpõnibus neceſſariis,ſicut eſt in corpore hominis inuento propter finẽ. Vnde magna eſt differentia reuerẽde Pater in uia Peripateticorũ,& Auer.præcipue inter formã in materia,& inter formã abſtractã à materia, quia forma materialis eſt conſtituta in eſſe per ſubiectũ, eſt extẽſa ad eius extenſionẽ,& ſequitur diſpõnes materiæ inquantũ dependet à materia,ſed forma abſtracta à materia eſt conſtituens ſuum ſubiectum in eſſe , & in ſuis diſpoſitionibus neceſſariis,& iſta eſt ratio uera , quare ſi forma in materia exiſtens

infinita

Propoſitio diuulgata, oppoſita habẽt fieri circa idẽ, uera eſt de oppoſitis poſitiuis.